

Latin – préparation estivale.

TRONC COMMUN

1. Les quatre versions suivantes sont obligatoires et à faire dans l'ordre, si possible en les espaçant de 10 jours.

Version d'été n° 1

Pline le jeune, *Lettres*, VI, 24 (125 mots)

Une épouse solidaire jusque dans la mort

C. Plinius Macro suo s.

Quam multum interest a quo quidque fiat! Eadem enim facta claritate vel obscuritate facientium aut tolluntur altissime aut humillime deprimuntur. Navigabam per Larium nostrum, cum senior amicus ostendit mihi villam, atque etiam cubiculum quod in lacum prominet: « Ex hoc » inquit « aliquando municeps nostra cum marito se praecipitavit. » Causam requisivi. Maritus ex diutino morbo circa velanda corporis ulceribus putrescebat; uxor ut inspiceret exegit; neque enim quemquam fidelius indicaturum, possetne sanari. Vedit, desperavit, hortata est ut moreretur, comesque ipsa mortis, dux immo et exemplum et necessitas fuit; nam se cum marito ligavit abiecitque in lacum. Quod factum ne mihi quidem, qui municeps, nisi proxime auditum est, non quia minus illo clarissimo Arriae facto, sed quia minor ipsa. Vale.

Version d'été n° 2

Cicéron, Lettres, *Ad familiares*, VII, 5 (150 mots)

Cicéron recommande son ami Trébatius à César

5

10

Mitto igitur ad te Trebatium atque ita mitto, ut initio mea sponte, post autem invitatu tuo
mittendum duxerim. Hunc, mi Caesar, sic velim omni tua comitate complectare, ut
omnia, quae per me possis adduci ut in meos conferre velis, in unum hunc conferas; de
quo tibi homine hoc spondeo, non illo vetere verbo meo, quod, cum ad te de Milone
scripsisse, iure lusisti, sed more Romano, quomodo homine non inepti loquuntur,
probiorem hominem, meliorem virum, pudentiorem amicum esse neminem; accedit
etiam, quod familiam dicit in iure civili singulari memoria, summa scientia. Huic ego
neque tribunatum neque praefecturam neque ullius beneficii certum nomen peto,
benevolentiam tuam et liberalitatem peto, neque impedio, quo minus, si tibi ita placuerit,
etiam hisce eum ornes gloriolae insignibus; totum denique hominem tibi ita trado, "de
manu," ut aiunt, "in manum" tuam istam et victoria et fide praestantem (...). Cura, ut
valeas, et me, ut amas, ama.

Version d'été n° 3

Ovide, *Héroïdes*, XIX, 55-82 (190 mots)

Héro à Léandre

[*Héro est prêtresse d'Aphrodite à Sestos (sur la rive occidentale de l'Hellespont), tandis que Léandre habite à Abydos, sur la rive asiatique. Toutes les nuits, Léandre traverse le détroit à la nage guidé par une lampe qu'Héro allume en haut de la tour où elle vit. Mais cette fois il tarde à venir...]*]

- 55 Sic ubi deceptae pars est mihi maxima noctis
 acta, subit furtim lumina fessa sopor.
 Forsitan invitus mecum tamen, improbe, dormis
 et, quamquam non vis ipse venire, venis.
- 60 Nam modo te videor prope iam spectare natantem,
 bracchia nunc umeris umida ferre meis,
 nunc dare quae soleo, madidis velamina membris,
 pectora nunc nostro iuncta fovere sinu
 multaque praeterea linguae reticenda modestae
65 quae fecisse iuvat, facta referre pudet.
 Me miseram! brevis est haec et non vera voluptas;
 nam tu cum somno semper abire soles.
 Firmius, o, cupidi tandem coeamus amantes,
 nec careant vera gaudia nostra fide.
- 70 Cur ego tot viduas exegi frigida noctes?
 Cur totiens a me, lente morator, abes?
 Est mare, confiteor, non nunc tractabile nanti;
 nocte sed hesterna lenior aura fuit.
 Cur ea praeterita est? Cur non ventura timebas?
- 75 Tam bona cur periit, nec tibi rapta via est?
 Protinus ut similis detur tibi copia cursus,
 hoc melior certe, quo prior, illa fuit.
 At cito mutata est pacati forma profundi.
 Tempore, cum properas, saepe minore venis.
- 80 Hic, puto, deprensus nil quod querereris haberet
 meque tibi amplexo nulla noceret hiems.
 Certe ego tum ventos audirem laeta sonantes
 et numquam placidas esse precarer aquas.

Version d'été n° 4

Valère Maxime, *Faits et dits mémorables*, IV, 7 (207 mots)

L'amitié

Contemplemur nunc amicitiae uinculum potens et praeualidum neque ulla ex parte sanguinis uiribus inferius, hoc etiam certius et exploratius, quod illud nascendi sors, fortuitum opus, hoc unius cuiusque solido iudicio inchoata uoluntas contrahit. Itaque celerius sine reprehensione propinquum auersere quam amicum,
5 quia altera diremptio non utique iniquitatis, altera utique leuitatis criminis subiecta est. Cum enim deserta sit futura uita hominis nullius amicitiae cincta praesidio, tam necessarium subsidium temere adsumi non debet, semel autem recte adprehensum sperni non conuenit. Sincerae uero fidei amici praecipue in aduersis rebus cognoscuntur, in quibus quidquid praestatur totum a constanti beniuolentia proficiscitur. Felicitatis cultus maiore ex parte adulazione quam caritate erogatur, certe suspectus est perinde ac plus semper petat quam inpendat. Accedit huc quod infractae fortunae homines magis amicorum studia desiderant uel praesidii uel solacii gratia. Nam laeta quidem et prospera negotia, utpote cum diuina subfragatione foueantur, humana minus indigent. Tenacius igitur eorum nomina
10 posteritatis memoria adprehendit, qui aduersos casus amicorum non deseruerunt quam qui prosperum uitae cursum comitati sunt. Nemo de Sardanapalli familiaribus loquitur, Orestes Pylade paene amico quam Agamemnone notior est patre, si quidem illorum amicitia in consortione deliciarum et luxuriae contabuit, horum durae atque asperae condicionis sodalicium ipsarum miseriarum
15 experimento enituit. Sed quid externa attingo, cum domesticis prius liceat uti ?
20

2. Lectures obligatoires, en traduction :

- Augustin, *Confessions*, Livres I à IV ;
- Cicéron, *L'amitié* ;
- Ovide, *Les Amours* ;
- Sénèque, *Médée*.

Spécialité LETTRES CLASSIQUES

Les étudiants qui souhaitent présenter l'ENS de Lyon profiteront de l'été pour acquérir, lire et traduire progressivement les œuvres suivantes :

- a) Catulle, *Poésies*, poèmes 62 et 64-68 (p. 92-97, p. 104-159), texte établi et traduit par Georges Lafaye, avec la contribution de Simone Viarre, introduction de Jean-Pierre Néraudau, Les Belles Lettres, coll. « classiques en poche », AN1 : 9782251799285 ;
- b) Apulée, *Les Métamorphoses*, IV, 28-VI, 24, texte établi par Donald Struan Robertson et traduit par Olivier Sers, Les Belles Lettres, coll. « classiques en poche », AN1 : 9782251799933.